



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 313. In nomine patris & filij & spiritus sancti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

doceri & ministrati in salutem animarum per te redemptarum: rogo itaque da mihi & omnibus Christi fidelibus illam gratiam, ut per hoc Sacramentum sicut ianua nobis fuit ad Ecclesiam militarem, ita sit porta ad triumphantem.

§. 313. *In nomine patris & filii & spiritus sancti.*

Monstratis sibi ects circa quae hujus Sacramenti vis exercenda est nempe homines sive Iudei sive gentes, monstrat & formam & materiam dicendo: Baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti sub invocatione scilicet & expressione sanctissimæ Trinitatis lavando: eo fine ut sancta Trinitas per Baptizatos cognoscatur & credatur & adoretur, Deus unus in essentia, Trinus in Personis, pater à nullo, filius à patre, spiritus sanctus ab utroque procedens basis & fundamentum fidei Catholice.

Domine credo patrem, & filium & spiritum sanctum, in quorū nomine
ego baptizatus sum, & omnia credo juxta sensum & interpretationem
sanctæ Matris Ecclesiæ, & in eo sensu mori cupio, da gratiam ut sic creden-
do percipere merear fructum fidei, qui est visio beatissima æternæ Trini-
tatis in cœlis.

§. 314. *Docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis.*

Postquam scilicet baptizari fuerint, & per consequens ad Ecclesiam Dei admissi, docebitis eos mandata mea, qualia cumque, & servare præcep-
ta mea sive erga Deum, sive proximum, ut salvi fiant, non enim satis est esse
baptizatum & filium sanctæ Matris Ecclesiæ, sed oportet in ea ut decet
filium tam sanctæ Matris laborare quoque, quod est declinare à malo &
facere bonum continuene in uno errantes, fiant omnium rei, & bona æ-
terna ipsis præparata æternum perdant, non enim auditores salvabit so-
lum, sed factores fidei & Legis Christianæ.

Domine Deus quot pro dolor fuit in mundo ordinati ad docendum &
non docent servare præcepta tua, cum ipsis minus observent, aut si ali-
qua faciunt, alia negligunt, quid dicam, fateor & meam culpam, etiam in
me cadit illa reprehensio: Quid igitur faciam reus? desperabo? Non, di-
camne cum Cain maiora sunt peccata mea quam ut gratiam adipiscar: ab-
sist à me: sed dicam miserere, miserere mei Deus secundum magnam miseri-
cordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele ini-
quitatem meam: miserere, miserere populo tuo quem redemisti Christe
sanguine tuo, ne in æternum iracardis nobis.

§. 315. *Et Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus.*

O consolatio, spes naufragantium, laborantium fortitudo, ô Con-
clusio admiranda! Et Ecce ego vobiscum sum, in laboribus vestris, in dor-
ctrina